Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40435
Copyright: Melk, Benediktinerstift



omnibus sanctis suis. Ita sancti exultabunt in gloria, letabunt
in tabernaculis suis. Vnde qui xpi vestigia sequuti fuerunt
in terris cum xpo dignabunt in celis, gloria et honore
coronati eternaliter. Et dilecte mi qui in essaltatione tua
gaudebis si ad illa gaudia in cena gloria fueris
triplatus. Tunc utique dicas ex clamando illud ysa.
61. Gaudens gaudebo in dno, et exultabit anima mea
in deo meo, qr induit me vestimento salutis, beatitudinis
sicut scribit iob 22. Tunc sicut omnipotens deliciis
affluens. Et elevabis ad deum faciem tua, et in vultu
tuo splendebit lumen de quo habet canticum. Dulce
lux et delectabile est videre solem a xpm, quia cognoscere
et intuere intuendo excellit omne gaudium huius mundi.
Nec mirum. Ita enim visio et noticia est stabilem gloria
et vita eterna. Vnde iob 18. Hec est vita eterna ut
cognoscant te solum verum deum et quem misisti ihesum
xpm. Qui ad cognoscendum hanc pervenit xpm deum faciem
ad faciem videbit, et agnoscet eum sicuti est sed in ce
divinum, qui est gaudium excellentissimum, fons et
origo omnis gaudiorum. Hinc est qd bnd dr in sermone
Nonica istud est vnum et summum gaudium, qd non de
creatura sed de creatore causatur, qd utique fiet cum tibi
faciem suam ondet. Et ge psalmista ex optando dicit
faciem tuam dne requiram, faciem in qua omnes gaudiis et deliciis plena. Heu in qua incolatus
meus prolongatus est, quia dum tabo tanto bono et
usque quo sic subtrahor a deo salutari meo. Fuerunt
michi lacrime mee panes die ac nocte, dum dicitur
michi quotidie ubi est deus tuus. Et ego videbo gloriam dni, qui venias et apparebo ante faciem dei
mei, quia letificat gaudio cum vultu suo. Vere hec visio
qua deus facie ad faciem sicut vir cum eius est. Et si
dici potest paradisus est ortus multum paradisorum, ubi ex
fonte limpidissimo ex aqua viva sicut vita labitur
beata. Hinc est qd scribitur ysa. 60. Tunc videbis et fu-
ges dei, et affluens deliciis et gaudiis sempiternis
et mirabitur et dilatabitur cor tuum. Et quia bonus israhel
deus his qui recto sunt corde, qui tot et tanta gaudia

letificat